


*Propemptica,*  
**IN DISCESSVM**  
**PRÆSTANTISSIMI**

IUVENIS, INGENII GLORIA, DO-  
ctrina singulari, & pietate, alijsq; insignium virtutum orna-  
mentis excellentis, D. DAVIDIS SIGEMVN-  
DI CASSOVIENSIS PANNONII:  
cùm Tubingâ in Patriam rediret, 10.  
Nouemb. Anno 1579.

*SCRIPTA A VIRIS CLARIS-*  
*simis & Amicis incundissimis.*

Addita sunt etiam Epigrammata & Epis-  
tolæ quædam ad eundem  
scriptæ.



*TUBINGÆ,*  
*Excudebat Georgius Gruppenbachius.*  
*Anno M. D. LXXIX.*

.ca II

.ca III



IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M

IN DISCESSU M



3.  
DOCTRINA ET  
VIRTUTE ORNATISSI

MO IUVENI, D. DAVIDI SIGEMUNDO

*Cassouio Pannonio, Martinus Crusius, vtri-*

*usq; linguae interpres in Aca-*  
*demia Tybingensi S.*

**Κ**ΑΙ σὺ τανῶ νοσῆμ, ἐπιβάλλη, φίλτατε Δαβίδ.  
ἦδη γὰρ καὶ σοὶ πέτελεισ', αἶσός ἤθελε θυμός:  
ἄσσα πολλαί, νόας τε σοφῶν, σεμνῶν τ', ἰδόντα:  
Εἴνεκα παιδ' εἰς πεπενημένῳ ἔνθα καὶ ἔνθα.  
Ὡς εὖ τυβιγαίοις, καί μοι, Φῆς μέλιχρον ἔτος.  
ὑμεῖς αὐθι μλύοντες, εὐφραίνοισθε, φίλισοι,  
αἰδοί οἴτε: διδάσκουσες ζῶντ' ἐπὶ πάλυ  
Φιλομαθῆ νεότησιν, Θεσ καλὰ κ' ἔμαθ' ἰδούσιν.  
Τύνη μὲν, τοιαύθ': ὡς σοὶ νόσ' ὅσ' ἔπειθε.  
Αὐτὰρ ἐγὼ, καθάπερ κ' ἄλλοι, σ' ἀγανῆς φρενός αἰνῶ.  
Οἴους καὶ σέο δ' ἄν' ἄλλας παρῖς, ἔχι' πρὸ κ' ἔμαθ',  
Οὐ γὰρ κίη κλειή, φρενός ἐσθλῆς νόσμον ἔχουσας.  
Παύλορ, ἔρ καλὸρ Σεγεθνέα: νῶν πάσα χεῦσε  
Παιδευόντα νέος εὖ, σῶ καὶ πλείοσι μὲσλοῖς.  
Βελήνης Φαβιανόρ ἐμῶ Γέσωνα: Ἐ' ἄλλας  
Σπεδαίης: οἵπερ μ' ἀγαπῶσι κηρόθι μάμορ:  
οἷς Θεός ἐσθλὰ διδοί, φυλάγοι τε διαμπρὲς αἰεί.  
καὶ σὺ δέ μ' αὐ ἀγάπησας αἰεί, καὶ ἀνάξιον ὄντα:  
καὶ γὰρ σ' ἀνταγάπησ', ἀγαπῶ, μετέπειτ' ἀγαπήσας:  
οὐνεκα κ' ἔμαθ' ἰδόντα, πτόμ' εὐ μάθες, εὐ τε μέμνησαι  
οὐνεκα ἀμφοτέρω γλάσθῃ ποιῆς μέτρα καλὰ:  
οὐνεκα φιλοσόφωρ ἀδύτοισ ἐπέβης: φύσεώς τε  
ἀχλυόεντα μαθήματ' ἔγνωσ, ἦδιστα νοεῦντα:  
οὐνεκα θεολόγων καθαρώς ἠντλήσασθ' ἄμα:



Οὐνεκερ εἰλικρινῆς σοι νοῦς πέλε, καὶ Θιλαλήθης,  
ἢδ' Ἰώπων Ἀλυκίτης, σεσοφισμένε ἀνοβός ἄγαλμα.

Τῷ κ' γὰρ ἄλλοι ὡς ἐσθλοὶ, εὐχομαι ἔτω.

Φίλτατε Δαβὶδ ἔμοιγε, νέωρ ἀσὶδέκετε φωτῶν:

πέμποι σε χρισός με, ἀπήμονα, παρὶδ' ἔς αἶμα:

Φαισοῦν Κασοβίην πδριάνυμου ἀχρονέεσθ:

Πίονα Κασοβίην, λάμπροικου, Καίσαρι πισίην:

εὐμαλακοῖς λεμῶσι, κῆ ἀνθεσιμ εἰαρινοῖσι.

Κασοβίην, ἀγαθῶν, σωετῶν, ἐνηλθέωρ τε,

Παννονίωρ καὶ Γερμανῶν μαχίμων, ἔδος ἀνοβῶν:

Καίσαρ ὅ ἐνθα μέγας τοπληρῆς Ρόοβήρος:

ἀνοβείος, πρόμαχος τε, δίναιά τε δήνεα εἰδῶς.

Κασοβίην, ὅπνυ ἀκραιφνῶς λόγου ὀρθοτομεινῆς

Κηρύτῃσι θεανθρώπῃ θεοφάντορες ἀνοβείος:

ἰλάρι ὅ Θωμάς, Ἀνοβείας Βίγκλερ ἄμωμ ὅ,

Μαρτίν ὅ Μέντωρ, ἐσθλοὶ δέ τε πλείονες ἄλλοι:

Γείτονες ὡς Μιχαήλ δύο, Πάξιος, Ἡβάσιός τε:

Φαβρίκιοι τε δύνω, Θωμάς, ἀγαθός τε Γεωργός:

αὐτε Γεωργοὶ ἕως δύο, Καίσαρ, καὶ Κελλεδίν ὅ:

καὶ Κάσσαρ Καρολίν ὅ εὐς, Λουκάς τε Φαβίν ὅ:

Οἷς ἐπι Ματθίας, Ζουριμ ἐπιεμείν ὅ ἀλκήν:

Πανσέπῃς τριὰδ ὅ κρατερόφρονες ἀσπιδιώται.

Τοίης σε πάτης, χρισὸ ὕψ' ἀμύμοι κρμπῆ,

πλῶ δολιχῆν ὄδ' ὀρμ εὐάνυσας, Φαισοῦς ἐπιβίης.

Εὐροῖς ἀρτεμέας σὺς πάντας, εὐφρανεῖς τε.

ὄσά τε δ' ὄρα τεῖρ ἄγιου κεχαρίστα το πνεῦμα:

ὄλβιά σοι θεοθεμ, πολλοῖς τε βιωφελῆ, ἔεμ.

Παννονίη εὐτε, ὄλη αὐθις, ἐλεύθερον ἦμαρ

ἀθρήσεμ, ἐλῶσα κινῶς κηρεσιφορήτους.

Πάντες δ' εὐχρισὸν γνοιερ. μετ' ἀπίσι ὀρθῆς.



5.  
IDEM LATINE.

**T**V quoqꝫ nunc igitur patrias discedis in oras  
 Care mihi ante alios David, quippe omnia dudum  
 Quæ tua mens cupijt, perfecta labore tulisti,  
 Egregiosqꝫ viros, vrbesqꝫ, Scholasqꝫ peragrans,  
 Doctrinæ es causâ multum huc iactatus & illuc.  
 Ergo Tubingiacis abiturus mœnibus hospes,  
 Talia iucundo nobis sermone profaris:  
 Dilecti saluere viri, longumqꝫ valete,  
 Latæqꝫ Nestorææ peragentes secula vitæ  
 Discendi cupidam studio informate iuuentam.  
 Tuqꝫ mihi inprimis, Crusi venerande, valeto.  
 Hæc tu fatus: ego paucis, carissime, contrâ  
 Laudo animum, mentemqꝫ tuam bonitate nitentem:  
 Quales complures alios tua Patria misit  
 Huc ad nos illinc, animi candore valentes.  
 Inter quos Paulus Segedinus in vrbe Patachi  
 Cum multis alijs, docilem polit arte iuuentam:  
 Nec non Fabianus Bellenius ipse, alijqꝫ  
 Mente boni, qui me magno venerantur amore,  
 Quos donis Deus incolumes felicibus ornet.  
 Tu quoqꝫ me multo immeritum complexus amore es.  
 Quare ego te redamans amo rursum, & semper amabo.  
 Multa quod aspiciens ignotis oppida terris  
 Multa tuo mandâsti animo, memoriqꝫ reseruas  
 Pectore multa tuo, generosos fundere versus  
 Argolico doctus simul, & sermone Latino.  
 Nec contentus eo, penitissima quæqꝫ Sophorum  
 Abdita rimatus, naturæ arcana latentis  
 Fœdera cognôsti, scitu pulcherrima doctis.



Cælestesq̄, auidis hausisti faucibus undas,  
 Puraq̄, diuini didicisti dogmata verbi.  
 His super accedit mens omni libera fuco,  
 Candor, & innocui studium veri q̄, boni q̄,  
 Et morum dulcedo, decus quo munere nullum  
 Maius inesse potest homini virtute polito.

Quare ego tanta tibi de causis talibus opto  
 Cum multis alijs, animo carissime nostro  
 Dauid, honoratis qui fulges doribus inter  
 Conspicius iuuenes, patrias te Christus in oras  
 Incolumem mittat, quâ se pulcherrima tollunt  
 Mœnia Cassouia præpinguibus inclyta glebis,  
 Clara vbi collucent fastigia celsa domorum,  
 Et campi circum, mollesq̄, tepentibus auris  
 Florescunt herbæ passim, Latioq̄, Monarchæ  
 Intemerata fides multos seruatur in annos,  
 Ac ducibus q̄, virisq̄, insignibus inclyta florer  
 Pannonidum pariter Respublica Teutonidumq̄.  
 Casare vbi residens absente vicarius heros,  
 Fortis & insignis bellator in ense Ruberus,  
 Pannonias moderatur opes, æquoq̄, bonoq̄.  
 Præterea pietate viri studioq̄, celebres  
 Assunt, ad normam qui cœlica verba secantes,  
 Ætherei resonant præcepta salubria Christi.  
 E quibus Hilarij celebrer cognomine Thomas,  
 Andreasq̄, vicens studio Vinclerus, & ipse  
 Martinus Mento: nec non qui mœnibus illis  
 Vicinas habitant vrbes: vbi Paxius ore  
 Fulminat, Heuasius q̄, polos mert alibus offert,  
 Fabricijq̄, duo, Thomas, animoq̄, Georgus  
 Insignis, geminiq̄, alij mox inde Georgi



Cegledius, Caesarq; pares virtutibus ambo.  
 Nec non Carolius Caspar, Lucasq; Fabinus.  
 Thurius & multo Matthias robore præstans.  
 Omnes inuicti studijs ardentibus, omnes  
 Eternæ Triadis decus asseruisse parati.

Talem sospes adi Patriam, carosq; penates,  
 Auspicijs Christi felicibus alta viarum  
 Tadia permensus: sors annuat æqua, tuosq;  
 Exhilarans omnes illaso corpore cernas:  
 Ac quæ dona tibi dæmoni numinis aura  
 Contulit, illa tibi, tecumq; salubria multis  
 Sint precor, & tandem lætissima Pannonis ora  
 Exortam videat felici fidere lucem,  
 Quæ sæuos vltura canes dispergat in auras.  
 O vrinam totus Christum bene nouerit orbis.

IOANNES LAVTERBACHIVS

Poeta Nobilis & Coronatus Dauidi Sigemundo S.

**I**teras tuas, ante paucos dies, Ornatissime  
 Sigemunde, & doctissime & amantissime ad  
 me scriptas, vnà cum adiunctis Poematibus  
 accepi: quibus, cum propter animi volūta-  
 tem egregiam, tum carminis suauitatem eruditam, ni-  
 hil mihi accidere potuit iucundius. Gratulor tibi felici-  
 ssimam in fundendo carmine venam: gratiasq; ago,  
 quas possum maximas, me Poematum tuorum lectione  
 quòd dignatus sis. Te etiam, pro tua in me obseruan-  
 tia, mirum in modum oro, ad ornandam Dei gloriam,  
 ad celebrandas bonorum virtutes, porro Musas tuas  
 colles. Non est mihi dubium, quin pro tuo labore &  
 industria,



industria, æternum sint tibi paritura nomen. Ego qui  
 tam expeditam facultatē in me, quod ingenuē fateor,  
 non agnosco, non possum non vt plurimum eam in alijs  
 admirari. Adde his breue Epigramma tuo nomini in-  
 scriptū, quod boni consulas. Cum per occupationes licue-  
 rit, vt à me plura expectes curabo. Meum tibi polliceor  
 studium, inq̄ tuis me vt habeas, & tuas quàm sepiſſimè  
 communices mecum Musas velim. Vale. Hail-  
 pronna XI. KL. IXB. Anno CIJ IJ LXXIX.  
*Pietas carminis ornamenta.*

DAVIDI SIGEMVN-

*do Pannonio.*

**T**ale mihi carmen David Sigemunde videtur,  
 Quo tua Teutonicum Musa celebrat iter:  
 Quale dedit Naso damnati cultor amoris,  
 Exul ab Augusto iussus adire Tomos.  
 Imò tuum magis arridet mihi diuite vena,  
 Quòd castum magis est, quòd magis estq̄ pium.  
 Perge quod est castum describere diuite vena,  
 Carmine quodq̄ pium est, perge sonare tuo:  
 Æternum casti præstat reuerentia nomen.  
 Dignum laude pij fama perire vetat.

Ioannes Lauterbachius.

LAMBERTVS PITHOPOEVS

Professor Academiæ Heidelbergensis Da-  
 uidi Sigemundo S.



Ncommodè fortasse tibi tuisq̄, doctissi-  
 me David, mihi quidem certè commodè  
 accidit hæc pluuia, quæ te nunc hîc non  
 sine numine detinet. Eius enim beneficio  
 & pullos illos tecum hilaris conficiam,  
 & versi-



& versiculos paucos, rudes & incomposito currentes  
 pede, meum pro felici tuo itinere, & totius vitæ curri-  
 culo complectentes votum, tenue & leuidense, sed abs  
 tui amantissimo profectum animo munusculum mihi  
 effundere subitò licuit. Hos pro tuo candore, nostraq̃  
 amicitia, mei erga te amoris ac fidei gratum monimen-  
 tum esse patieris. Vale feliciter Heidelbergæ. 27. Sept.

**M**OEnia dum fugiens habitata relinquis, amico,  
 Et tecum Musas, gaudia nostra, rapis:  
 Donarem versus, aurumq̃: at diuitis aurum  
 Et docti versus esse dare vatis opus.  
 Ast nec sum, nec ero vates, nec diues, vtrumq̃  
 Aspera, quod doleo, fors, Sigemunde, negat.  
 Hoc igitur restat: sit mens, sit amica voluntas  
 Vt tua grata mihi, sic mea grata tibi.  
 Hanc ego, seu ferar extremos vagus exul ad Indos,  
 Seu dent optatum fata benigna locum:  
 Ex studijs ortam melioribus, auspice Christo,  
 Seruabo, donec vita superstes erit.  
 Tu quoq̃, constanti Pithopæum pectore seruans,  
 Perpetuùm salue, perpetuùmq̃ vale.  
 Latus ini, latus susceptum numine dextro  
 Continua, ac tandem perfice latus iter.  
 Quod tibi doctrinæ suadet miranda cupido,  
 Viuere dum sanctè, multaq̃ scire cupis.  
 Ergo age quò virtus vocat, & Sigemunde vocabit,  
 Te tua, felici fidere carpe viam.  
 Dij faxint, possis doctrina insignis & arte  
 Vtiliter Patriæ consuluisse tua.



*Sidera qui terrasq; regit, comes adsit eunti,  
Totius & vitæ prosperet acta tua.*

*M. HENRICVS VVELIN-  
gius Tubingensis.*

**I***vrè meum quenquam possum si dicere amicum,  
Tu mihi præcipuos inter amicus eris.  
Te propè fraterno complector, David, amore:  
Non vnquam possum non meminisse tui.  
Vita placet, doctrina placet, moresq; benigni,  
Quæq; latent imo pectore clausa, placent.  
Talis enim placidæ tenor est & regula vitæ,  
Hanc vt nec Momus carpere iurè queat.  
Nil malè, nil temere loquitur, nil lingua dat vnquam  
Quod pigeat: sapiens, dulcis, amœna, pia est.  
Doctrinæ taceo dotes, quæ carmine nostro,  
Maior, & est alijs versibus apta cani.  
Tu potes erectas ad sidera tollere mentes,  
Tuq; arcana Dei pandere iura potes.  
Scilicet ex sacris didicisti hæc ritè libellis,  
Quos terere assidua te iuuat vsq; manu.  
Quid iam Pierias referam? quid Apollinis artes?  
Quàm sis Castalij gloria rara chori?  
Te cumulant Charitesq; suis, Pallasq; Camœnis:  
Muneribus ditat Mercuriusq; suis.  
Lustrâsti Aonij nemorosa cacumina montis:  
Ludis Apollinea carmina digna lyra:  
Seu faciles scribas elegos, seu barbita pulses,  
Siue canas grauibus fortia gesta modis.  
At numeris positus si scripta soluta reponas,  
Eloquium culti mox Ciceronis habes.*

*Quic-*



Quicquid Graia dedit, quicquid Romana vetustas  
 (Vera loquor) memori pectore id omne tenes.  
 Scriptorum genus omne legis, genus omne reuoluis  
 Librorum: studijs nocte dieq; vacas.  
 Omnibus his æquumq; animum, moresq; benignos  
 Addis, & ingenua cum probitate fidem.  
 Sed quid ego laudes tenui percurrere versu  
 Aggredior? parua num mare crescit aqua?  
 Et quamuis cupiam quàm plurima dicere: nunquam  
 Reddo tamen merito versibus æqua tuo.  
 Laus tua iam (quid enim dubitẽ manifesta referre?)  
 Clarior est media lucidiorq; die.  
 Namq; tuæ doctis Musæ placuere, bonisq;  
 Est aliquod nostro nomen in orbe tuum.  
 Sunt qui mirifico te complectuntur amore,  
 Quiq; fauent votis, mi Sigemunde, tuis.  
 Sponte tibi studium promittunt, sponte fauorem,  
 Carmina qui, docta quæ facis arte, legunt.  
 Te FICHARDVS amat, legum decus, vrbis & ingēs  
 Gloria Francfordæ, mente animoq; potens. (nister  
 LAVTERBACHVS amat celebris: Phœbiq; mi-  
 POSTHIVS: & studio MAIOR & arte valens.  
 Promittitq; suum tibi RVDINGERVS amorem:  
 Iamdudum numeros suspicit ille tuos:  
 Quiq; sedes Mœni vates EGENOLPHVS ad vnda,  
 Pieria Musas excolit arte suas. (doctos  
 Te REVSNERVS amat, PITHOPOEVVS, deniq;  
 Phœbe Palatina quot quot in vrbe foues.  
 Te FRISCHLINVS amat noster: sua carmina nullo  
 Æstimat is precio, cum tua scripta vider.



Te **MARTINVS** amat, famâ iam cognitus orbi,  
**CRVSIVS**: Argolicæ lumen honosq; lyra.  
 Non referam, quanto te complectatur amore,  
 Clara **BEBENHVSII** fama decusq; soli:  
 Nobilis & nullis non dignus laudibus **ABBAS**.  
 Talibus est aliquid posse placere viris.  
 Nec laus vlla potest viuacior esse, diserto  
 Quàm quæ laudati prodit ab ore viri.  
 Ergo tibi æternum surget per secula nomen,  
 Et tua post cineres fama superstes erit.  
 Nulla potest nomen, famamq; abolere vetustas:  
 Æternum nomen, fama perennis erit.  
 Cur te iurè meum non dicam, **Dauid**, **Amicum**?  
 Virtutis verus te mihi iunxit amor.  
 Doctrina, ingenium, mores, candorq; fidesq;  
 Cogunt perpetuò me meminisse tui.  
 Cur rogo me linquis? cur dulcis **Amice**, recedis?  
 O decus, ô animæ dimidiumq; meæ.  
 Dum mensa vna, duos dum nostra **Tubinga** teneret:  
 Vnica mens nobis, vna fidesq; fuit.  
 Cur meditaris iter? non possunt flectere mentem,  
 Non possunt nostræ te retinere preces?  
 Non aduentantis te tristia frigora brumæ?  
 Non possunt longæ te cohibere viæ?  
 Vnanimi sine me, lepidoq; diutiùs illo  
 Me sine conuictu, colloquioq; frui.  
 Delicijs sine meq; frui, blandoq; lepore,  
 Quæq; tibi è docto pectore verba fluunt.  
 Vana loquor. tenues mea dicta feruntur in auras:  
 Et certum est precibus te dare nolle locum.



*Nam tandem patrijs es restituendus amicis,  
 Doctrina vt patriam consilioq̄ iuues.  
 I felix, nullo cælum turbetur ab imbre:  
 I patriosq̄ lares, mi Sigemunde, bea.  
 Te duce religio, pietas, probitasq̄, fidesq̄,  
 Te duce sit felix Cassouienſe ſolum.  
 Det DEVS in Patriam venias vt ſidere dextro:  
 In Patria felix ſit regione locus.  
 Care vale, ſeruaq̄ mei conſtanter amorem,  
 Et pacti ſemper fœderis eſto memor.  
 Sic tibi det Chriſtus felicia tempora, ſicq̄,  
 Cumanæ felix ſecula vatis agas.*

EPIGRAMMA EIVSDEM.

**T**Eutonia ſi te celebres mirantur alumni:  
 Gens hilari vultu ſi peregrina capit:  
 Quid factura ſuo eſt reduci gens Pannonia vati,  
 Quem plus luminibus debet amare ſuis?  
 Maſte animo, Sigemunde, tuo, ſic ibis ad aſtra:  
 Te ſeculum hoc laudat, poſteriusq̄ coler.

VOTVM DAVIDIS SIGEMVN-  
 di pro incolumitate Reipub. Pannonicæ, &  
 ſuo felici in Patriam reditu.

**Υ**ιέ Θεοῦ μέγιστε, ἀγαγενές, ἀσεροπήτα,  
 ἀρχηγῶν ἀρχηγέ, θεῶν θεός ἕξοχθ' ἄλλων,  
 ὅν βροτοὶ αἰδεύονται πάντες κατ' ἀπέρονα γαίαν:  
 Μάλλον δ' οἰκτιροὶ ἐπιχάριοι εὐσεβεῶσιν;  
 Παιονίης, ἢ μυρία Τέρκοι ἄλγε' ἔθνηκαρ  
 εὐλόμενοι, ἡμᾶς δ' κνώεσθιν ἐλάρια τυξάν:  
 Τίπθ' ὡς ἄτρισιν' ἀδδηκότας, ἢ δὲ γοῆσιν



ἡμεας ἀλλοδαποῖσι τόσον χρόνον ἐξαλάπαξα  
 εἶδες καὶ λαῶν ψυχὰς δάμεναι κατάνευες  
 ἐνσεβέως· πότε κερχόλομ ἴλασθ' ἐξαιέσαιο  
 ἄξιον ἡμέτερος πῶρ ἀμαρτιάδ'· ἦλθε παρ' ἐδέμ  
 ὄλυσθαι τῶ Παιονίῃ· σε δ' ἐπί ξυρδ' ἀκμῆς  
 ἡμῶν ἴσα μλῶν· μάλα νῆδ υμ' ἔλλαβε λήθη.  
 Αρχ' ἔναι, κ' ἀπιχομλῶσις ἐπιθαρρόθ' ἔστο  
 Πάσιμ ἄμ' ἐγα πῆμα κυλίνδετη· ἐδ' ἐνι πόντω  
 ἐδ' ἐνι τίς λαοῖσιμ ἐπί χθονί δερκομένοισι  
 ἡμίρ σύμφορὸσ ὄβρι ἐναίσιμ'· ἦδ' ἀρωγὸς  
 πλῶσδ'· κῆτη γὰρ τόδε ἡμέτερον πάλα εὔχθ'·  
 παῦροί π' ἄτινές ἐσμην, ἀριθμητοῖ δ' ἀπ' πολῶν,  
 ἀδενέες, δέιλαιοι, ἀνελπιδες, ἐκκνήρητοι.  
 ὦ μοι παῖονιοι ἡγήτορες, ἦδ' ἐμὲδ οἴτες  
 καῖππεσομ. Ἄμ' μοι μλ' ἄρα ἀπιχόμλῶσι βίοισιο  
 ἐρμέσθ' κλέμοιο πολυφλοῖςβοιο θαλάσσια  
 κύμασιν ἐβέθανομ· παρὰ δ' ἄμ' οἱ ἔχ' ἄτα γαίης  
 ἦχθεμ ἐπιπλασίσιμ, ὅθ' ἦ λίτρ' ἡλίς ἀνγὰς,  
 ἦ καὶ νῶ ζωῶσ' ἐτ' αἰκίζονται ὑπ' ἐχθρῶν.  
 ἀλλ' αὖ ἡμέτεροις ἐπενήνοθε δυσμνέεσιμ  
 παντοῖομ κῦδ' κλεμνίτομ, ἦν τε κ' ἔπ'·  
 ἦλθομ ἐπ' ἄκρομ Ἄρησ' ἀγῆνορ'· ἴφι μάχουσαι.  
 ἡμεῖς δ'· οἷς κ' ἔστις ὁμοιωθῆ μλ' ἐν τῶ  
 ἦθελεμ ἀμορῖῶν, κλειτοῖ μλ' ὅσοι Ἄρησ',  
 Δείπμην, ἀλλήλοισι κακόφρονες αἰερέοντες.  
 καὶ γὰρ ἐπὶ βασιλευσι μετ' ἀμφοτέροισιμ ἔθηκε  
 Νίκημ ἐλομλῆμ Δαίμων, καὶ ἐπήγαγε πῆμα,  
 ἡμίσεες μ' λαοὶ ἐρητύοισι μλ' οὔτες  
 ἀμφὶ νέομ βασιλῆα, δαΐφρονα, πικιλόμητη·  
 (ὅτι θεὸς μεμείγαε φόνον, ἐκ κῆρα φυτεύει)  
 ἡμίσεες δ' ἀναβάντες ἐλάσασμην, ὅππῃ ἐνατομ



ἀρχαῖς λαοῖσιν ἀρετῆφιλοῖσιν ἀνάσσει.  
 ἕτως παιονίην Τρέμων μὲν ἀπιστία  
 πῶρόμηνον κλίω κελιάων λῦσε κάρωα  
 ἄλλα δὲ κελ' ἐπὶ τοῖς ῥέξερ κακὰ, τίς κερ' ἐκενα  
 πάντα γε μυθήσαστο κατὰ θνητῶν ἀνθρώπων  
 ὥσε παῖρ ὕψισε, καὶ ἄλκιμε κύδημε χρισε  
 δὸς δῶαμι κτε' παιονίοις τῶσιν κἀτεροῖσι:  
 τίσαοδαι Τρέμων δὸς ὑπὸ βρασίης ἀλεγεινῆς:  
 οἱ μάλα ὑβρίζαντες, ἀτάσθαλα μηχανώοντες,  
 οἴσσοι κλέ' ἐνυρῶ, καὶ ἑσφομῆνοισιν ἀοιδῆν.  
 ἔνσε βέωμ λιασῆσιν ἀναγνάμφθη καμῶσιν:  
 μήτε δίκη ἐπίθεσγ', ὄργησ' ἐπιλήθεο πάνπαρ.  
 σὲ τ' ἰκέτας δέξαι σέθερ ἔθηκεν ἀπαθόντας,  
 ἡμᾶσδ' ἀσκητὰς ἀρετῶων ἔρανιαίων  
 ῥῦσαι, οἱ σοὶ ἀειδοῦ ἔνχομνοι ὀπί καλῆ  
 κρήγια κελ', καὶ ἑσθλά, σὺ ἡμετέροισι δόμοισι.  
 καὶ με ἔσθλησιν Ὀυάσσο, τοίγ' ἀλόωνη  
 Ψυχᾶς πῶρόμνοι, κακὰ ἄλλοδαπῶσι φέροντες.  
 Χωρῶων δόμν ἀμορίων ἔν ἀκροῖσσαι  
 Γῆρ εἰς παιονίην, ἀπ' Νέκκαρ ἀμπελόων.

**S**iccine perpetuò Fortuna seuerior esse  
 Artibus, in quibus est auctor Apollo, potes?  
 Sicne Tubingensem miserando funere Musam,  
 Nullius ob meritum, perpetiére mori?  
 Nam, velut est rerum facies, iam cuncta videntur  
 Hanc contra seuas stringere fata manus.  
 Marcuit exustum Boreali frigore nectar,  
 Turba Poetarum quo tepesacta canit.  
 Terra nihil vili despectius educat alga:  
 Sunt tamen hac vates inferiore loco.



Vsq̄ adeò, quibus infelix natura negauit  
 Ingenium, duri versibus esse solent.  
 In multis hodie videas illustria signa  
 Indolis Ascræas persitientis aquas.  
 Sed cùm fortunæ telis hinc inde petantur,  
 Arenti semper gutture fontis egent.  
 Nam, modò crescentis qui spes est vna Camæna  
 Frischlinus, lumen, Teutonis ora, tuum,  
 Heu fuit ereptus nobis propè nuper acerbis  
 Casibus: & vereor ne eripiatur adhuc.  
 Dij faxint, multos fatis melioribus annos,  
 Ingenij nostri possent moderator, agat.  
 Accedis lachrymis his omnibus vltima causa,  
 Excellens animi pars Sigemunde mei.  
 Te successorem sperabam, forsitan illum  
 Sors inuidisset si malefida mihi.  
 Ingenij varias dotes ita miror, in omni  
 Carmine sæpe palàm quas aperire soles.  
 Nunc fugis, & misero vertis mihi terga relicto,  
 O quàm fallacem spes mea finxit opem.  
 Finxit opem non ingrati quandoq̄ futuram,  
 Maiores fieri si paterère moras.  
 Sed pietas obstat patriæ, quæ linquere amicos,  
 Et longum placidè vincere cogit iter.  
 Fiat vtrunq̄ bono, Christum precor, omine, supplex,  
 Semper amicorum, cùm licet, esto memor:  
 Pannoniæ venias licèt vsq̄ remotus ad oras:  
 Numine felici quas subiturus abi.

Stephanus Rorenfelder Neu-  
 burgensis B. fac. Tubingæ  
 Cal. Nouemb. Anni, &c.  
 M, D, LXXIX.



# NICODE

MVS FRISCHLINVS POETA

CORONATVS, COMES PALATINVS

Cæsareus, Dauidi Sigemundo in Patris

am redeunti S.

**D**VM tu Pannonios repetis, Sigemunde, penates,

Et sine me Patriæ limina cara subis:

Interea tristes hac urbe relinquis amicos,

Perturbasq; abitu pectora nostra tuo.

Hactenus hic mensa mecum uersatus eadem,

Extiteras uitæ portio magna mee.

Nunc subito dulces Frischlini deseris edes

Neccaricumq; larem, Tecciacosq; focos.

Hei mihi dimidium pene huius abire uidetur

Pectoris, & uiduo Musa iacere toro:

Penè mihi uideor studiorum parte meorum

Orbus, & in tristi solus adesse domo.

Vsq; adeo gratas unà consumsimus horas,

Vsq; adeo tecum uiuere dulce fuit.

Nam quoties atrum induerat fors aspera uultum,

Terrebantq; meos tristia fata larces:

Tu mihi præbebas uerbis solamina doctis,

AEquabasq; tuo penè dolore meum.

Tu mihi dicebas: uates Frischlini, uirili

Sis animo, & sortem uincere disce tuam.

Perfer & obdura, fors est superanda ferendo,

Qui mala ferre potest fortiter, ille sapit.

Non tu iam primus mœres mala talia passus,

Obruit ingentes ista procella uiros.

Passus idem ille senex sapiens ab Apolline dictus,

Inuida cui rabies dira uenena dedit.

Passus idem Cicero, Romane gratia linguæ,

A

Inuida



Inuida quem patrijs expulit ira focis,  
Romulus & Liber pater, & cum Castore Pollux,  
Dum terram atq; hominum facta, genusq; colunt:  
Plorauere suis non respondere fauorem  
Speratum meritis, officioq; parem.  
Ille Deus, diram qui quondam contudit Hydram  
Et tot perdomuit monstra, tot orbe feras.  
Comperit inuidiam supremo sine domari,  
Absentisq; uiri grandius ire decus.  
Vrit enim fulgore suo, qui prae grauat artes,  
Idem post mortis funera, maior erit.  
Hæc mihi dicebas ueterum præcepta Sophorum,  
Eruta Cecropijs, Ausonijq; libris.  
Nam te nulla latent Graiorum carmina Vatum,  
Rômuli dum Vatum carmina nulla latent.  
Quicquid habet Latium, Latioq; argutior Hellas,  
Est animo fixum, doctæ Poetæ tuo.  
Nec te Socrati, i fugiunt monumenta Platonis,  
Nec quicquid magnus scripsit Aristoteles.  
Nec tot gesta ducum, tot bella illustria Regum,  
Tot consulta uirum, tot loca, totq; dies.  
Omnia quæ memori iam pridem mente notasti,  
Peſtorib; usq; tenens non abitura tuis.  
Adde, quod & dextro deducis Apolline carmen,  
Nec fluit ingenij uena maligna tui.  
Sive uelis numeris includere uerba Pelasgis,  
Qui tua miretur carmina, Phoebus erit.  
Sive uelis latio deducere carmina filo,  
Carmine Lotichius, qui tibi cedat, erit.  
Tullius ipse tui flumen laudauerit oris  
Libera si numeris audiat orsa suis.  
Vsq; adeo doctæ polles dulcedine linguæ,  
Scribere cum properas uerba soluta modis.  
Gratulor has animi dotes tibi, gratulor artes,  
Eloquiumq;



Eloquiumq; potens. iudiciumq; sagax.  
Tempus erit. cum te niueo uelabit amictu  
Patria. Laurigerisserta dabitq; comis.  
Sufficientq; uiri. mirabunturq; loquentem.  
Stabit & eloquio Patria tota tuo.  
Imodo quò te fata uocant. si dulcis amice  
Et quod uix possum dicere rite. Vale.

AD DAVIDEM SIGEMVNDUM  
LVM MARTINVS BALTICVS.  
Scholæ Vimensis Moderator  
Supremus.

**S**unt mihi lecta tuæ uernantia carmina Musæ.  
Pars Sigemunde meæ dulcis amicitie.  
Illa canit. quæ sis passus terraq; mariq;  
Dum uarios populos regnaq; multa uides.  
Illa canit. quàm sit fors aspera Pæonis oræ.  
Et patriæ luget tristia fata tuæ.  
Me capiunt numeri; tui. cultiq; lepores.  
Tersaq; iudicio singula dicta graui.  
Hæc ego dum legi. uideor legisse Tibullum.  
Aut te Teutonica fama. Sabine. soli.  
Nec se difficilem præbet tibi Musa Pelasga.  
Et uenit in numeros hæc quoq; prompta tuos.  
Et tibi. quæ libeat sermone referre soluto.  
Romuleas sapiunt hæc Ciceronis opes.  
Ergo decus magnum præbebis Pæonis oris.  
Et studijs crescet patria terra tuis.  
Hanc adeas opto foelici sydere terram.  
Det numeres in ea tempora longa Deus.  
Me gerito memori tibi pectore semper amicum.  
Ipse memor semper pectus habebō tui.



